6816 m. Sept. a. 1795 repperit Robertus Fagan IV (V ANON.) fere m. p. ante portam S. Sebastiani ad Appiam VISC. similiterque MARIN et ANON. Nunc in museo Vaticano (*Pio Clem. gall. de' candelabri*).

IMP · D N ·
M · AVR
VALERIO
MAXENTIO
PIO · FELICI · INVIC
TO AC · PERPETVO
AVG

V

Descripsit Henzen. Visconti cod. Paris. 9697 f. 96; Marini cod. Vat. 9126, Arv. p. LXXXVI; Anonymus inter schediasmata ad C. I. Gr. collecta. Orelli 1066.

8 sic lapis, non IV; hasta quae secat numerum casu accessit.

6817. 6818 columna miliaria viae Appiae ex casali Turriculae [Torricola prope Casalrotondo] Iustinianeae domus ad hortos in Flaminia translata FABRETT.; prope S. Andreae de Fratis DON.; in hortis Iustinianis ad portam Flaminiam GVD. CHIS.; in aedibus Giustiniani SARTI. Iam prostat in scalis Capitolinis ab ea parte, quae spectat monasterium Arae caeli, cum subscriptione hac: 'S. P. Q. R. columnam septimi ab urbe lapidis in Appia via indicem a march. Leonardo Benedicto Iustiniano dono datam areae Capitolinae ornatui addixit anno ab urbe condita MMDCI' (= 1848).

6817 VII
IMP · CAESAR
VESPASIANVS · AVG
PONTIF · MAX
TRIB · POTEST · VII
IMP · XVII · P · P · CENSOR
COS · VII · DESIGN · VIII

6818 IMP · NERVA · CAESAR
AVGVSTVS · PONTIFEX
MAXIMVS · TRIBVNICIA
POTESTATE · COS · III · PATER
PATRIAE · REFECIT
! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !
! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! !

Recognovit Dressel telescopio usus. Donius 2, 87 (inde Mur. 446, 2) qui vidit; Gudius ms. 450, 1 qui vidit; Fabretti 414, 363 qui vidit; Bianchini cod. Ver. 348 f. 25 qui vidit a. 1715; Corradini Lat. vet. 2, 168; Sartius descripsit.

a nono Bovillas	[*m. p. I*]	*ab urbe m. p. X*
Bovillas Ariciam	*m. p. VI*	*ab urbe m. p. XVI*
Aricia ad Sponsas	*m. p. XIIII*	*ab urbe m. p. XXX*
a Sponsis ad Tres tabernas	*m. p. III*	*ab urbe m. p. XXXIII*
a Tribus tabernis ad Forum Appi	*m. p. X*	*ab urbe m. p. XLIII*

6819 [ad n. 909*] cippi duo quadrati inscripti similiter. Inter Cisternam et lap. mil. XXXIX loco huic proximo in lapide, cui excelsae molis turris fuerat superimposita iamiam lapsura VVLPI. Ad pontem antiquum, qui dicitur *Ponte Sisto*, ibi ubi est lapis mil. XXXIX [n. 6820] CHAVPY. Ibidem adhuc, loco Treponti proximo. — 'Ibidem' MVR., quo significare voluit 'in agro Veliterno', significavit 'inter Fundos et Terracinam', quo errore deceptus est PRATILLIVS p. 131.

IMP CAESAR
DIVI NERVAE F
NERVA
TRAIANVS
AVGVSTVS
GERMANICVS
PONTIFEX
MAXIMVS
TRIBVNICIA
p. C. 100 POTESTATE IIII · COS · III sic
PATER PATRIAE
REFECIT

Recognovi. Vulpi Lat. 4 (1727) p. 63 (inde Mur. 448, 7) qui vidit; Pantanelli Sermoneta ms. p. 24, qui ait se communicasse a. 1759 cum praelato Emerico Bolognini (edidit is in tractatu *stato delle paludi Pontine* Romae 1759 p. 8); Chaupy *maison d' Horace* 3, 388; Hoare *classical tour* 1, 96.

6820 [ad n. 909*] paullo post n. 6819 VVLP. Columna infracta iacens *alla Torre di tre ponti* CORR. *Torre di tre ponti, giace al suolo grossa colonna tonda molto corrosa* PANT. Loco antiquo CHAVPY. — 'In agro Veliterno' MVR. ad priorem; 'ibidem' IDEM ad posteriorem, quo significare voluit 'in agro Veliterno', vere significavit 'inter Fundos et Terracinam', quo errore deceptus est PRATILLIVS App. p. 131.

IMP · CAESAR
NERVA · AVG · GERM
PONTIF · MAX · TRIB
POTEST · III · COS · IIII · P · P
SVA · PECVNIA · CONST
IMP · CAESAR
NERVA · DIVI · NER
F · TRAIANVS · AVG
GERM · PONTIF · MAX
TRIB · POT · III · COS · III
P · P · CONSTR · CVRAVIT
XXXVIIII

Corradinus Lat. 2 (1705), 97; Vulpius Lat. 4 (1727), 63 qui vidit (inde Mur. 448, 4. 6); Pantanelli Sermoneta ms. p. 21 (unde edita est apud Emericum Bolognini *stato delle paludi Pontine* Romae 1759 p. 9) et apud Marinium ms.; Chaupy *maison d'Horace* 3 (1769), 388 (cf. p. 451) memorat.

Lectio Vulpiana, quam repraesentavimus, sola plena est, sed sine dubio pessime interpolata. Corr. sic: IMP....|.....|....|....|...XXXVIIII; Pantanelli et Bolognini sic: ...CAESAR...|...VECTIGAL|..xXXVIIII... *Au mill. XXXIX de la voie Appienne*, Chaupyus ait, *il y reste encore la col. milliaire prise fort singulièrement pour une pierre de péage par le prélat* [Bologninium intellegit] *qui a écrit sur le dessèchement des marais Pomptins; elle se montre ce qu'elle est par sa forme, par la double inscription que la dégradation n'empêche pas de voir être de Nerva et de Trajan et par son nombre* XxxVIIII.

XCV. AENARIA (p. 679).

Rivaziani libri quintam editionem a. 1846 factam postea excusserunt amici; item, sed nullo nostro commodo, commentariolum Francisci DE SIANO *brevi e succinte notizie di storia naturale e civile dell' isola d' Ischia* impressum sine loco et anno.

ad n. 6794. Delineatum anaglyphum reperitur (una cum n. 6789) inter tabulas paratas ad antiquitates Herculanenses edendas vol. I n. 85 sic:

P · DASIMIVS · PRIMVS
NYMPHIS · V · S

---

ad n. 6800. Edidit primus Chevalley de Rivaz ed. 5 (1846) p. 50, ex quo sumpsit d'Ascia.

---

ad n. 6801. Edidit primus Chevalley de Rivaz ed. 5 (1846) p. 50, unde venit loci indicatio Asciana.

---

ad n. 6805. Quae hodie cernuntur, edidit Chevalley ed. 5 p. 49.

VIAE PVBLICAE REGIONVM I. III.

II. VIA APPIA (p. 682).

ad n. 6812. 6813. Quo loco inventa sit columna, tradit aequalis Flaminius Vacca in commentariorum scriptorum a. 1594 c. 67 ed. Schreiber.: *alle radici del monte Tarpeio verso il teatro di Marcello vi fu trovata la colonna milliaria, che hoggi sta su la piazza del Campidoglio, e stava in opera in quel luogo, dove fu ritrovata.* Convenit igitur Vacca fere cum aequali Ligorio; nam ecclesia S. Angeli [pro *S. Agnese* scribendum est *S. Agnelo*] in Pescaria proxima est theatro Marcelli. Itaque iam constat columnam inventam esse non loco suo, sed in opere positam in ipsa urbe; eo utrum venerit ex domo Maximorum ad campum Florae *alle colonne* (quae tamen longius distat a theatro Marcelli) an columna Maximorum a Capitolina diversa fuerit, ambiguum est. — Fabrettius in tractatu de aquis (1680) c. 48 quod scribit columnam miliariam lapidis I in Capitolium postea translatam repertam esse 'in vinea nobb. de Naris, quae prima est ad dexteram exeuntibus a recenti porta sancti Sebastiani', id quo teste tradiderit saeculo post columnam in Capitolio a. 1580 collocatam, quaeritur, quaesivitque iam Revillas in comm. citato (1742) p. 89 seq.: *L' abate (Francesco) Valerio crede d' avere molti anni sono osservata nel muro, che cinge la suddetta vigna, scolpita in marmo a qualche distanza dalla porta di S. Sebastiano una memoria, la quale indicava esser quello il luogo del ritrovamento della colonna: lo che molto s' accorda con ciò che asserisce il . . . Ficoroni, che lo fa vicino alla nuova casa fabbricata non sono molt' anni in detta vigna sopra la strada.* Sed ipsum eum lapidem Revillas frustra indagavit, magisque Fabrettius videtur secutus esse narrationes accolarum fidei parum certae. Temere omnino Canina, tamquam de loco inventae columnae constaret, inde portae Capenae situm determinavit (ann. inst. arch. 1853 p. 134. 144; via App. p. 35. 53).

---

ad n. 6819. *Nella Torre di tre Ponti piantata sul parapetto del ponte verso Sermoneta* collocat Pantanellius in schedis Praenestinis.

---

ad n. 6820. Pantanellius l. c. legit X*x*XVIII (non *x*XXVIIII).

---

ad n. 6829. In agro Setino 'in ponte per Appiam' collocat Pantanellius de sacro princ. Terracinae ms. p. 29.

---

ad n. 6849. Canina quoque (via App. p. 250 seq.) his mensuris usus est ad determinandum pedem Romanum.

---

ad n. 6853. Hic est opinor titulus quem loco non adscripto profert Ferrarinus Par. f. 142 in suppl. (una cum n. 6850), Reg. f. 23': IMP· CAESAR | DIVI·NERVAE | FILIVS·NERVA | TRAIANVS·AVG | GERMANICVS | DATICVS·PONTIF | MAXIMVS·TRIBVN | POTESTAT·XIII | . . . .

---

ad n. 6868. Ed. Iannelli in actis Casertanis a. 1880 p. 60.

III. VIAE LABICANA LATINA PRAENESTINA (p. 695).

8306 fragmentum columnae marmoreae, *pozzo in una masseria fuori Porta Maggiore.*

S · O
*per*PETVO
*inu*ICTO
aug

E. Huebner descripsit a. 1857.
Maxentii fuit ut n. 6881. 6882. 6886.